


SACCONI (A.)

Reprinted from
ANNALS OF GYNÆCOLOGY AND PÆDIATRY,
June, 1892.

Complement
To
Messrs D. Appleton & Co
from the author.

De Pessario in Femina Octo Annos Retento. Casus
Rarissimus.

A. SACCONI, M.D.,
PINE BLUFF, ARK.







PLATE I.



PESSARY RETAINED EIGHT YEARS IN VAGINA.

1. Posterior part adjacent to the uterus.
2. Visible part, presenting in vagina.
- aa. Aperture through which purulent matter and menstrual blood escaped.
- bb. Lower part of pessary, next the coccyx, particularly covered in by vaginal tissues.
- cc. Where the displaced cervix touched the granulating fissure.
- dd. The upper part of the pessary buried in the vaginal wall.

[See Page 462.]

LIBRARY
SURGEON GENERAL'S OFFICE
FEB.-11-1898
598.

De Pessario in Femina Octo Annos Retento. Casus Rarissimus.

A. SACCONI, M.D.,
PINE BLUFF, ARK.

INTER ægritudines, quas non solum mulieres, sed etiam virgines sufferunt; sæpe multum prolapsus uteri, ejusque ante—ac retroversio dantur.

Ad quas sanandas priscis jam abhinc temporibus et usque ad præsens, diversi methodi tam per medicamenta et manipulationes idem ac instrumenta, quæ pessaria vulgo vocantur, illustrissimi Doctores in usu et habebant, habentque.

Casus de quo loquar, modo pessari medetur, de quo nobis historia ægritudinis clare persuasos habebit.

Mulier Wm. Jones, primo ex matrimonio J. B.—Manchester (Britannia) nata, annos quadraginta quinque degens; anno millesimo octogesimo septuagesimo sexto puero vitam dedit. Nascente infante, conjux diem supremam obiit. Et paupertate et destitutione vexata; quinque cum parvis infantibus, et sexto adhuc nato; omnibus, quæ ad sustinendam vitam necessaria erant,—caruit; et nondum tot derelictum est, ex quo conjux efferetur, ea de causa tertia die post partum lecto surrexit, munusque ancillæ suscepit, et statim domesticis et rusticis operibus fungebatur, ut seipsam infantesque alere posset.

Istis laboribus duos per annos operam navavit; sed neque unquam pristina valetudine gaudebat. Quum longius dolores ferre non potuisset; consilium a medico peritissimo O. N. Knight, qui eo tempore præses nosocomii Manchesternensis fuit,—petiit; qui examinatione facta constituit:

“*eam prolapsu uteri laborare;*” atque pessarium inseruit; stricte prohibens, ut omnibus laboribus careret, nihilque quod ponderis esset, portaret, et si quid incommodi sentisset iterum consilium ab eo peteret. Omnia quæ facere jussit, ad amussim sequebatur, et circa duorum mensium spatio, pristinae valetudinis integritatem sibi esse putabat; iterumque omnibus laboribus operam navavit, ideoque consilium medici non amplius necesse videbat, relapsoque tempore pessarium ex memoria deposuit.

Anno 1886 provigna, quæ Alton, comitatu Madisonensi, in republica Illinoiensi habitabat, pecuniam ad eam misit, ut veniret et domi illius vitam degeret. Postero anno Dominus Wm. Jones eam sibi uxorem adjunxit, quæ præter constipationem optime valebat; sed, matrimonio consummato, dolores præsaginantés convulsionesque cum hæmorrhagia ac hysteria eam maxime vexabant. Hebdomadibus relapsis, semper semperque pessimam se esse putabat. Conjux tandem consilium a doctore Frank Wordon petiit, qui examinatione facta, a tribus peritissimis collegis opinionem postulabat, ut quæ opus essent secum conferrent, qui diagnosim ejus corroborabant, nempe: “*pessarium vaginæ incrementum;*” ac illæ domi medicinam propter incommoda nullo modo facere potuisset; ea de causa Dominus Wordon, jurejurando interposito, judicem Cyrum Cook die 17ma Septembris, 1887, rogavit, ut eam ad nosocomium acci-

peret, quo facto decretum mihi datum fuit, ut eam acciperem, quo tempore officio medici chirurgique institutionis fungebar.

Die undevigesima istius mensis in nosocomio eam examinavi.

Quamquam optimo appetitu semper gaudebat, tamen si medicamentis non uteretur, totam per hebdomadem ventrem non evacuavit, qui tympanicus se demonstravit. Convulsiones et pericarditis ad constipationem adscribendæ fuere. Perineum paulisper laceratum erat labia majora minoraque, et vulva tumiditate laboravere. Speculo nunc adhibito sequentia ad conspectum venerunt: "Vagina angustissima et sicca et extrema inflammatione subacta, in sinistram latus vehementissime promotam esse demonstrabatur. In pelvi minore et usque ad os sacrum præsentabat id, quod unusquisque pro cortice theobromæ tenuerit, magnitudinis capitis infantis. In sinistram latus foramen parvum datur, per quod tantum menstruatio locum habere videbatur; quoniam isto ex foramine materia mucosa, fluiori albo similis cum sanguine coagulata se exinanivit. Ut accuratissime persuasum mihi haberim nihil derelictum esset, tantum explorationem cum sonda fecere quo facto vacuum sonitum sicut ex testa dissulta plane audivi. Nunc cum forcipibus superiorem ad os sacrum, iterum inferiorem ad os coccygis istius testæ partem tetigi; et statim mulier maximum dedit plangorem, doloresque sicuti ad partum et convulsiones vehementissimas sustulit ac statim syncope relapsa est; ex quo clare patebat: "*pessarium immobile et eo magis invisibile dura massa petrosa coagulatum, vaginam coalescere debere;*" idem ac Dominus Franciscus Wordon cum collegis doctissimis de-

claravit; ergo meum erat, hanc diagnosis sine ulla hæsitacione non tantum et corroborare, sed etiam pro facto accipere. Omnia quæ observavi vidi- que aperto pectore confiteor, ut timore perterritum me putarem; quoniam de casu tam sontico neque adhuc legi, nec audivi; et certior me esse puto: neminem illustrissimorum Doctorum adhuc similem et invenisse et observasse Causa improvisorum quæ ex symptomatibus accedere potuissent, invitus quidem feci, ne ad operationem stante pede procederem, nam mulier viribus deserta, operationi succumbere posset; ea de causa necesse erat in mente sequentia habere: (a) Inflammationem genitalium atque vaginæ reducere. (b) Constipationem removere. (c) Medicamentis roborantibus vires sustinere. Quoad primum jussi: R. Antisephtin (Cooper's): ℥ ij ad aquam calidam, ℥ viij. Sig.: pro una vice tres per diem vaginam injicere., atque: R. Balsami Peruviani, ℥ ij; olei eucalypti, olei verbenæ hastatæ, āā ℥ ss; olei amygdalarum dulcium, q. f. ℥ x. Sig.: Tertiam partem, tres per diem in vaginæ cavernam infundere, atque cum tamponem vaginam et partes externas optime claudere.

Quoad constipationem: R. Farina lini, ℥ j; aquæ bullientis ad collaturam ℥ xij. Sig.: Dimidiam partem inice per rectum mane et vespere. Atque aqua magnesiæ citratis, ℥ xij. Sig.: 1 ad 2 unci: mane et vespere. Roborantia ex ferro ac kali bromidi, cochlear parvum unaquaque tertia hora constituebant. Tali modo ægrotam quatuor dies tractavi, et quinto tandem (23tia Sept.) iterum examinationem feci. Labia majora et portio anterior vaginæ statum prope normalem demonstrabant; et nunc speculo sine dolore ac faciliter in vaginam imposito-

fragmentum duorum centm: in vagina jacere vidi, et nunc inferiorem partem pessarii prima vice ad oculos habui. Fragmento quod in vagina jacebat remoto; perclitacionem feci, aliquod adhuc cum forcipibus frangere et cum tetigerim, fragmentum trium pollicum abrupti, et statim hæmorrhagia accedit; mulier dolore correpta syncope incidit; sed adhibendis roborantibus brevi tempore ad se rursus venit, et hic longiori explorationi destiti. Vaginam iterum lavare, atque temponade ut primum claudere jussi. Ex istis fragmentis clare apparuit, calcinationem istam mollire ac facillime pertritam esse posse. Postero die ac subsequentibus mulier se optime habebat. Ventrem bis per diem evacuabat, appetitu mediocri gaudebat; similibus medicamentis ergo utebar.

Die undevigesima, iterum examinationem peregi. Abdomen ad latus sinistrum paululo tympanicum, ad dexterum tamen prope naturale erat. Ex partibus externis nihil abnorme videbatur; vagina iterum speculo explorata, propter materiam sanguineam cum arena crassa fragmentis nonnullis impleta eundem statum, ut primum præsentavit. Hisce remotis, aquæ callidæ injicere jussi, et cum ea facta essent, iterum curabam, ut aliquod fragmentis abrumperem, et adjectis forcipibus uno tractu reliquam crustationem extraxi. Hæmorrhagia iterum occurrit; sed paulo post, cum injectione ex Liquore Ferri Perchloridi 1-100 fluxum mitigavi, vaginam iterum lavavi et nunc totum pessarium ante oculos habui; hujus pars externa et præsertim inferior ad os coccygis, se firmiter vaginæ adjunxerat. Mulier præter clamorem hasce manipulationes optime sustulit. Medicamenta tam externa quam interna continuare pro-

naturalem accedere putavi. A viro E. H. Weir, collega optimo consilium petii, qui stante assistere promisit, et diem quintam Octobris sanximus.

Omnibus ante præparatis, ambo ad nosocomium hora decima ante meridie venimus. Collega dilligentissimam examinationem peregit, et propter pericarditem, anæsthetica non utere censuit; tantum subcutaneam injectionem: Morphiæ sulph., $\frac{1}{6}$ gr., propriam esse, atque vaginam cum unguento: Cocaini muria, gr. iij; Vaselini, $\frac{3}{4}$ j, optime inungere, arbitratur. Cum omnia facta fuissent, forcipes adjeci, uno motu, pessarium parictibus vaginæ adhærens extraxi et ipso momento ad lucem redegi. Mulier nec dolores nec ullaquaque incommoda sentiebat. Fluor sanguinis locum non habebat, solum materia mucoso-sanguinea effunditur. Vagina lota, vidimus ubi pessarium obsolevit; obstipa cervix fissuram carnosam tangebatur.

Ut breviter sim, necesse est omnia quæ post extractionem pessarii accederunt, omittere, tantum adnotare quod quamvis multo plus sanguinis perdidisset, longiore demum tempore intercedente convalescebat et ad pristinam valetudinis integritatem restituta fuit, atque die prima Januarii, 1888, nosocomium deseruit; et quantum mihi notum est (ultima vice eam duos post annos vidi, cum Alton adii), matrimonium sine ullo incommodo et detrimento consummavit, et mente et corpore optime valet. Clare ergo patet: "*pessarium ægritudinis post matrimonium contractum causa fuisse.*" Ultimo, ex illustrissimis doctoribus nunc casum lecturis, benigne mihi quærendum est: (a) Quomodo factum est, pessarium ex gutta-percha calori continuo subjectum—non liquefactum esse? (b) Et eo magis cur mulier

endometrite aut peritonite diem supremam non obiit? Et (c) quomodo calcinatio ista oriebatur, derelicto foramine, ut menstrueretur?

Si quis doctorum optimorum hoc ænigma solvere velit, certiozem eum facio, semper semperque grato me corde ostentare; quam quod similia nunquam adhuc ad lucem veniebant, et simul cum Ennio inquam: "Amicus certus in re incerta cernitur" (Cicero de Amicitia, Cap. xvii, § 61).

EXPLANATIO PESSARII.

Pessarium demonstrat calcinationes utriusque partis, quas post extractionem adhuc adhærebant.

No. 1.—Demonstrat partem posteriorem ad uterum adjacentem.

No. 2.—Pars ad vaginam, quæ occulis subjacebatur.

aa.—Ubi foramen erat, et quo materia et sanguis menstruosa effluebant.

bb.—Portio pessarii inferior (ad os coccygis) maxime in vaginam increta.

cc.—Hic obstipa cervix fissuram carnosam tangebatur.

dd.—Superior pars pessarii parietibus vaginæ obsolevit.

[The interest excited by the publication of Dr. Sacconi's paper; in Latin, in this journal, in September, 1891, was much greater than we had anticipated. Not only was the article reprinted in full in the *British Gynecological Journal*, but many letters were received from men, eminent in the profession, both in this country and in various parts of Europe, expressing the greatest satisfaction that a professional communication had been written in Latin and published in that language in the ANNALS OF GYNÆCOLOGY AND PÆDIATRY. In view of this widespread interest in the subject, it is hoped that the foregoing valued article, will prove acceptable to very many readers of the ANNALS.]

ED.

PUBLICATIONS

OF

University of Pennsylvania Press

UNIVERSITY
MEDICAL MAGAZINE,

MONTHLY.

ENLARGED BY 24 PAGES.

EDITORIAL STAFF.

ADVISORY COMMITTEE:

WILLIAM PEPPER, M.D.	JAMES TYSON, M.D.
D. HAYES AGNEW, M.D.	J. WILLIAM WHITE, M.D.
WILLIAM GOODELL, M.D.	BARTON COOKE HIRST, M.D.
HORATIO C. WOOD, M.D.	SAMUEL D. RISLEY, M.D.
HORACE JAYNE, M.D.	

EDITORIAL COMMITTEE:

J. HOWE ADAMS, M.D.	ALFRED C. WOOD, M.D.
---------------------	----------------------

Price, \$2.00 a Year in Advance.

ANNALS OF

Gynæcology AND Pædiatry

MONTHLY, SEVENTY PAGES.

Abundantly Illustrated.

An up-to-date Treatise on Gynæcology, Obstetrics,
Abdominal Surgery and Diseases of Children.

GYNÆCOLOGY.

ERNEST W. CUSHING, M.D., Boston.

PÆDIATRY.

RICHARD C. NORRIS, M.D., Philadelphia.

COLLABORATORS.

DR. APOSTOLI, Paris.
PROF. CHARPENTIER, Paris.
DR. ANDREW F. CURRIER, New York.
DR. G. A. DIRNER, Buda-Pesth.
DR. A. DOLEKIS, Paris.
PROF. GEO. F. ENGELMANN, St. Louis.
PROF. WILLIAM GOODELL, Philadelphia.
DR. H. C. HAVEN, Boston.
PROF. BARTON COOKE HIRST, Philadelphia.
PROF. L. EMMETT HOLT, New York.
PROF. M. D. MANN, Buffalo.
PROF. DELA-KIE MILLER, Chicago.
DR. LEOPOLD MEYER, Copenhagen.
PROF. THEOPHILUS PARVIN, Philadelphia.
DR. M. G. PARKER, Lowell.
PROF. W. M. POLK, New York.
DR. W. M. POWELL, Philadelphia.
DR. JOSEPH PRICE, Philadelphia.
DR. M. SAENGER, Leipzig.
PROF. EUSTACE SMITH, London.
PROF. T. G. THOMAS, New York.
DR. G. WINTER, Berlin.
PROF. W. G. WYLIE, New York.
THE PHILADELPHIA OBSTETRICAL SOCIETY.
THE DETROIT GYNÆCOLOGICAL SOCIETY.

\$2.00 PER YEAR, IN ADVANCE.

SECOND AMERICAN EDITION

OF

DISEASES OF WOMEN

By DR. AUGUST MARTIN,

Instructor in Gynæcology in the University of Berlin,

TRANSLATED AND REVISED BY

ERNEST W. CUSHING, M.D.,

Surgeon in charge of Woman's Charity Club Hospital, Boston, etc.

JUST ISSUED on fine paper, showing 68 full-page plates of photographic illustrations, and with special preface by the author, and appendix, explaining the plates, by the translator. The work has 680 pages of text besides the plates.

Price per Volume: Cloth, \$6.00; Half Russia, \$7.50.

Send all orders to 1600 Chestnut Street, Philadelphia.

